

Pfal.
143.

sed, tange montes, & fumigabunt, quos fumus A elationis & impatientiæ convincit, quia speciem quidem humilitatis habent, veritatem autem ejus abnegant. At non talis Aquinas, Christi enim Domini sequens vestigia, cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur; ut quo modo probatur in consistorio argentum, & in fornace aurum: sic ejus probaretur in contumelijs mansuetudo, in tribulationibus humilitas, in adversitatibus patientia; & secundum Evangelium, in patientia sua possideret animam suam.

1. Pet. 2.

Cum verò quorundam error infelici germine coalescens in dies magis grassaretur, & egressa à senioribus iniquitate, amici tui Deus & proximi tui, non adversus cum dumtaxat appropinquarent & starent, sed super populum tuum malignarent consilium, & cogitarent adversus sanctos tuos, religiosos mendicantes, ut non memoraretur nomen eorum ultra; & quam concepissent in semet-ipsis, peperissent iniquitatem, scripto contra statum illorum sacrilego libro quem scripturis ad suam ipsorum perditionem depravatis condicant, non secus atqui hi qui parvulis auctera quædam temperaturi poculo, prius ora melle circumlinunt, ut incauta ætas, cum dulcedinem præfenscrit, amaritudinem non reformidet: Apostolica præmonitus & præmonitus auctoritate, ascendit ex adverso, murumque se opposuit pro domo Dei, contrarijs quibus adhibebantur eos adversarij, armis instructus, humilitatem opponens eorum superbiz, prudentiam temeritati, sapientiam quæ defursum est, terrenz, animali, diabolica. Ut ergo non in se, sed in Domino confidens increparet feras arundinis, qui ponebant in cælum os suum, & loquebantur contra Dominum: quia humilium ac mansuetorum semper Deo placuit deprecatio, mitis ipse ac humilis corde, levavit puras manus ad Deum; simul autem oblocravit fratres per Dominum JESUM, & per charitatem Sancti Spiritus, ut adjuvarent eum in orationibus suis pro ipso ad Deum. O sanctam ac verè columbinam simplicitatem, quæ juxta Domini præceptum, serpen-
D

Luc. 21

Ex P. 7
82. & 7

2. Pet. 3

P. 67.
Judith.

9.
1. Tim.

2.
Rom. 15

Matth.
10.
P. 82.

Scribit
pro or-
din. m.
dic. ex
Jesus Ro-
man.

Pontifi-
cat.

Ecclef.
27.

Cum Bononiz claustrum meditabundus ambularet, ab ignoto quopiam religioso jussus comitari eum, non excepit, (utpotè magistrum, & studijs aut contemplationibus occupatum) ab ejusmodi forentibus immunem: sed modestiz signo benignè annuens jussioni, comitatus est eum, sinister: comitatus, inquam, non congressus: illi enim festinantius quàm Thomæ vires ferrent, gradum acceleranti, quia non poterat Thomas congressi, ad lævam sequebatur; durè interim veluti inobediens increpatus. Et ecce, cives qui vultu Thomam & opinione noverant, quasi ad spectaculum è foribus prodire, stupefcere, tandemque fecititari, quid causæ cur ignoto & vili religioso ita subderetur, quibus ille, quia in obedientia perficitur omnis religio, qua homini homo se propter Deum subjeicit, licet Deus homini se propter hominem inclinavit. Ita ille, quem ita tebat, verius quam ducebat, eximium, celeberrimumque doctorem vultu nunc agnovit, quem sola nominis celebritate prius audiverat. O perfectam animi submissionem! profundam humilitatem! verè doctor Aquinas secundum nomen suum, est Thomas, id est, abyssus in humilitate, abyssus in eruditione, abyssus in charitate, abyssus abyssum invocat, abyssus humilitatis abyssum scientiæ & sublimitatis: qui enim ponit humiles in sublime, & exaltat, eos qui se humiliant, quoniam non potest solvi scriptura quæ dicit, Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur: quem docebit scientiam, cui profundam mysteriorum cognitionem, doctrinæ sublimitatem, soliditatem, securitatem largietur? an non Thomæ, de quo in ecclesia canitur, ò munus Dei gratiæ vincens quodvis miraculum! Pestifera superbiz numquam sensit contagium. In hoc locum non habuit illud Apostoli, scientia inflat; quia verificabatur alterum, charitas ædificat.

castitas: non tantum eos non ambivit, sed Pontificibus summis ei tanquam optimè de ecclesia merito offerentibus, & renuit, & ne deinceps offerrentur, obnixè rogavit.

Quid de illa ejus animi submissione dicam, quæ cum penè nullus dies abfcederet quo non omnipotenti Deo hostiam placationis immolaret: ipse sacerdos, ipse magister, ipse totæ jam orbè nominatus, celebranti deinceps fratri assistebat, subserviebat, ministrabat? Verbo dicam, tanta se humilitate deiecit, ut qui eum non vidissent, & pro celebritate nominis videre gestissent, ipsum esse non crederent.

Cum Bononiz claustrum meditabundus ambularet, ab ignoto quopiam religioso jussus comitari eum, non excepit, (utpotè magistrum, & studijs aut contemplationibus occupatum) ab ejusmodi forentibus immunem: sed modestiz signo benignè annuens jussioni, comitatus est eum, sinister: comitatus, inquam, non congressus: illi enim festinantius quàm Thomæ vires ferrent, gradum acceleranti, quia non poterat Thomas congressi, ad lævam sequebatur; durè interim veluti inobediens increpatus. Et ecce, cives qui vultu Thomam & opinione noverant, quasi ad spectaculum è foribus prodire, stupefcere, tandemque fecititari, quid causæ cur ignoto & vili religioso ita subderetur, quibus ille, quia in obedientia perficitur omnis religio, qua homini homo se propter Deum subjeicit, licet Deus homini se propter hominem inclinavit. Ita ille, quem ita tebat, verius quam ducebat, eximium, celeberrimumque doctorem vultu nunc agnovit, quem sola nominis celebritate prius audiverat. O perfectam animi submissionem! profundam humilitatem! verè doctor Aquinas secundum nomen suum, est Thomas, id est, abyssus in humilitate, abyssus in eruditione, abyssus in charitate, abyssus abyssum invocat, abyssus humilitatis abyssum scientiæ & sublimitatis: qui enim ponit humiles in sublime, & exaltat, eos qui se humiliant, quoniam non potest solvi scriptura quæ dicit, Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur: quem docebit scientiam, cui profundam mysteriorum cognitionem, doctrinæ sublimitatem, soliditatem, securitatem largietur? an non Thomæ, de quo in ecclesia canitur, ò munus Dei gratiæ vincens quodvis miraculum! Pestifera superbiz numquam sensit contagium. In hoc locum non habuit illud Apostoli, scientia inflat; quia verificabatur alterum, charitas ædificat.

Tantæ ergo Deus illum scientiæ dotavit, ut in suprema consurgeret, sicut per humilitatem deprimetur in ima. Nam quid illo præstantius, acumen, exercitatione, doctrina? Ingenio & virtute nonne tam gravi ac vehementi excelluit, ut nihil sibi ad expugnandum proposuerit, quod non aut acumine iruperit, aut pondere eliserit, aut orationi juncto jejunio impetrarit? Quæ non ille persuasit difficilia, disputandi viribus elimpidavit? quæ factu ardua, non ut facilia viderentur, effecit? quam multas hæreses multis voluminibus opprefserit, quot inimicos fidei confutaverit errores, testem appello Pium Quintum, qui non modo multas quæ ab ejus felici transitu exorta sunt in bulla hæreses, Angelus Doctorum vi & veritate doctrina, data an. confusus, convictus & dissipatus affirmat, sed addit, ejus meritis orbis terrarum à pestiferis quocidè erroribus liberatur. Testimonio sunt concilia, Lug-

Celebranti
deinceps
fratri
assistebat,
subserviebat,
ministrabat.

Vilem
fratrem
sequitur

Job. 5.
Matth.
27.
Luc. 14
et 18.

1. Cor.
8.

in bulla
hereses,
Angelus
Doctorum
vi &
veritate
doctrina,
data an.
confusus,
convictus
&
dissipatus
affirmat,
sed addit,
ejus meritis
orbis
terrarum
à
pestiferis
quocidè
erroribus
liberatur.